



# Nobilitati, & Clero, dioecese

os Aboensis, Studioforum Theologiae Parentibus, nutritijsq; pijs & liberalibus; Studiofaeq; juventuti ad Sacros ordines promotionem expetenti, S.

**M**Anus nemini citò imponas, neq; communicaveris peccatis alienis, serva te ipsum mundum, scribit Apostolus 1. Tim. 5. v. 22. Addens mox consequens inde damnum. Si hoc præceptum non observetur, sed manus alicui citò, imponatur. Quod ita manus alicui imponens citò participem faciat se alienorum peccatorum, satis autem, prob dolor, priorum habemus. Opera itaq; danda, ut servemus nos mundos ab alienis. Quid manuum impositione significatum velit Apostolus, obscurum esse nequit. Non aliud videlicet, quam quod nos usitatè vocamus ordinationem ad ministerium Ecclesiasticum. Quam Eucherius lib. 3. cap. 4. Commentariorum in lib. Reg. Vocat promotionem ad docendi officium. Sic enim scribit: Nunc non de una stirpe Aaron solum, Sed de omni Ecclesia eligendos & querendos ministros: Et tales quidem, qui vel exemplo, vel doctrina domum Domini adificare valeant. Et hujusmodi

A

ubi.


ubicunq; reperti fuerint, sine ulla personarum accep-  
 tione, mox ad docendi officium promovendos. Re-  
 quisita autem in eo, cui manus imponenda, recense-  
 tur 1. Tim. 3. v: 1. 2. 3. 4. 5. 6. Ordinantia nostra  
 Ecclesiastica capite de Ministris Verbi, tria in futu-  
 ro Verbi Ministro exigit 1. *Ætatem idoneam.* 2.  
*Mediocre in Sacris Biblijs experientiam* 3. *Mo-*  
*rum integritatem & honestatem;* Experientia verò  
 ordinandorum in Sacris Biblijs, & Theologicis alijs,  
 præsupponit Philosophiæ cognitionem, non omninò  
 nullam; Ut docet Basilius Magnus, similitudine quã-  
 dam, Sicut, inquit, tinctorum lanam, quæ receptura  
 sit nobilem aliquem colorem, primò sollicitè præpa-  
 rant, ut postea superinducant florem, sive purpure-  
 um, sive quemvis alium: Ita extraneis disciplinis,  
 cum primum fuerint imbuti, tunc demum velut posi-  
 tis rudimentis Sincerum & incorruptum florem pro-  
 bitatis ex Sacris Lectionibus consequantur. Et  
 quasi Solem, in quem prius videre assuefacti, ad ipsum  
 veræ lucis radium, pupillis quodammodo confirmatis,  
 erigant intuitum.

Quot verò ordinandi sint, & quoties? Docet  
 ordinantia Ecclesiastica Capite de Episcopis: Videli-  
 cet, tot sunt ordinandi, quot requirit, & quot opus  
 habet Diœcesis, non plures non pauciores.

Huic

Huic ordinationi & salutari constitutioni, cum Serenissima Regia Majestas existimaret non satisfieri in hac nostra Dioecesi, quantum ad necessitatem Ministrorum Verbi & Templorum, justo respectu auditorum, numero, dudum de paucitate Templorum & Ministrorum Verbi, in Finlandia, in hac nostra Dioecesi, conquesta est, & emendationem postulavit, plura Tempora & plures ministros Verbi exigens, literis ad Senatum nostrum Ecclesiasticum datis, quae inter alia haec habent: Emedan wij och besinne Kyrkiorne/ vthi så stoort och widt begripit Land/ såsom Finland är/ alt för så at wara/ och ibland icke litet tilfalle gifwa til Gudztiens nederläggande och Folketz barbariske lefwerne der sammestädhes; Men här emoot om flere Kyrkior och Församlingar woro/ flere då i Prädikoåmbetet kunne stå til at Underhålla: Flere då aff yngdomen som studera, göra sigh hopp der igenom at blifwa försörgde/ flere och af Åhörarne bätter til deraf Saligheet/ än här til/ underåttade blifwa; Wij hafwe fördenkskul funnet nödigt/ at Recommendera vår General Gou-

verneur aff Finland denne saaken at öfverläggia  
medh edher/ om hwar och ett Prästegäldz wil-  
kor och lägenheet vthi edert, Stifte/ och der dhe  
befinnes förstoore att wara/ dem deela och sär-  
skilia/ vthi två eller tree Församlingar/  
effter som Geldet kan wara stort och widlöfftigt  
til/ der vpå hwar Församlingh sin serdeles  
Pastor och Siälesföriare kan föreståle blifwa. 4  
Wij förmodhe att I låte edher denne saaken med  
all nyt och alswar wara betallad/ i anseende at  
Gudz ähra och hans Församlingz vthwidgelse  
allena der medh söles/ effter som wij och til att  
befordra detta Christelige wärket så mycket meera/  
inthe hafwe welat ansee/ at för oss och Cronau  
der igenom ett tämmeligit wil vpgå/ Bthan gjort  
den förordningh/ at til the nyie Pastoraten wise  
hemman skola blifwa Förordnade. Hwillet  
wij edher här medh icke hafwe welat förholla.  
Gsch befaller edher Gudh Allmäch-  
tigh nådeligen aff Stockholm den  
22. Octobris Anno 1638.



# Huic Serenissimæ Majestatis,

Clementissimæ voluntati, hæcenus quantum licuit, obsequi studuimus, non intermissuri pedetentim & pro re nata, ea quæ ad plenam Regij Mandati executionem spectare videntur,

**C**Uret obsecro Nobilitas, quantum quidem possibile, ut populus non impediatur, sed promoveatur in via ad vitam æternam.

Videant idcirco Domini fratres, Domini Præpositi & Pastores, an in eorum paracijs pauciora sint templa & auditores per longa & difficilia itinera arceantur ab auditu Verbi DEI.

Facilitant se Pontificij de copia Templorum & Ministrorum verbi in suis Ecclesijs, quod clerus forte major pars sit, quam Sexagesima pars populi Christiani, videlicet, quia Hebræi numerati sine Levitis Numer. 1, Erant Sexcenta tria millia, quingenti quinquaginta, & non numerabantur pueri ante annos viginti, neq; Senes; Nam cum his, sine dubio, erant plusquam duplo plures, id est, circiter mille millia & trecenta millia: Levitæ autem omnes ab infante usq;

ad senem numerantur Numer. 3. viginti duo millia tantum. Jam igitur addendo Levitas ceteris Hebreis, & dividendo totum numerum per viginti duo millia, efficiuntur partes divisa Sexaginta, ergo Levitæ erant vix Sexagesima totius populi.

Nulla est, inquit Bellarminus lib. 1. de clericis cap. 25, Tom. 1. cont, pag. 1662. Fere ampla familia, ex qua non sit aliquis Ecclesiasticus, & nullus est pagus, ubi non sit Templum unum aut plura, & aliquot Sacerdotes. Nos fideles & necessarios tantum requirimus in messe Dei operarios, qui né desint etiam atq; etiam cavendum.

Noverint etiam omnes in hac dioecesi, manuum impositionem aliquando desiderantes, sese rigorosum subituros examen, & quidem publicum, in Consistorio nostro Theologico, in artibus dicendi, Logicis, Phisicis & Mathesi. Quo examine peracto in Theologicis ex Biblijs, & Locis Communibus, Augustanâ Confessione, & Formulâ Concordiæ, & de alijs ministerium nostrum concernentibus, interrogabuntur. Date proinde operam Juvenes Ornatissimi, ne imparatisistatis vos huic examini, ne spe vestrâ frustrimini, ne nutritios vestros, parentes præsertim, fallatis contristetisq; videntes vos repulsam pati, & vel ad Stivam ablegari, vel ad priora subsellia retrò agi. Interfatis Lectionibus Philosophicis & Theologicis,

non ita segniter ut communiter fit, cum querela Praeceptorum, & proprio vestro incommodo & dedecore, temporis & sumptuum Parentum & nutritiorum jactura,

Vos Studiosorum Theologiae nutritij, Nobiles, Ministri Verbi, & cujuscumque estis conditionis & status, animadvertite quaso, quibus committatis pedagogis, filios & alumnos vestros informandos. Ne promiscue quosvis, ad hoc officium, magni certe momenti, sumatis, ne tenelli animi, Praeceptorum vitijs imbuti, spei vestrae successus filiorum in studijs minus respondeat. Quantum potestis, explorete quid agatur. Cogite eos ad Disputationes publicas & privatas. Ut etiam inde praeter alias utilitates exercitium Latini Sermonis habeant. Neque enim jam quemquam excusabit, quod Apostolus in descriptione futuri Ministri Verbi, non requirat plurimum Lingvarum cognitionem. Jam enim nostra conditio, alios mores postulat, & occasio praemanibus optima, lingvas & artes discendi, ut etiam Ministri verbi, non solum functione & officio, sed etiam eruditione & scientia, a rudi populo nonnihil secernantur; Id quod vult Regium edictum Anno 1569. Ubsaliae propositum: Episcopi non ordinent in posterum, ut hactenus factum est, nimis indoctos & fatuos Scholasticos, Sed bene in artibus dicendi & doctrina Christiana Religionis prius instructos atque diligen-

ter examinatos, ut jam vocati ad ministerium docendi, cum fructu aliquo & bonæ vitæ exemplo Ecclesiæ Christi præesse possint. Atq; hæc sunt, quæ vobis ad Novi Anni ingressum (quem vobis omnibus faustum & felicem animum precor) utinam tam felici eventu, quàm intentione bona, amicè significanda duxi. Deus omnium nostrum, memor sit, nobis benedicat, benedicat domui Israel, Serenissimæ & Potentissimæ Reginae, Dominæ CHRISTINÆ, Reginae nostræ Clementissimæ, & toti Regiæ familiæ! Benedicat domui Aaron, toti Ministerio Ecclesiastico in nostra Patria, docentibus & discentibus in Academijs & Scholis, Deus omnibus ordinibus & statibus Regni benedicat, omnibus se timentibus benedicat. Aboæ 1, Januarij Anno 1654,

*Vester & Vestri omnium commodi pro  
re nata ac officij ratione*

Studiosiss.

ÆSCHILLUS PETRÆUS  
Ep. Ab.